



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sanctuarium

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Nos Magister Fr. Petrus Lanfranconius Ordinis Eremit. S. Augustini Vicarius
Generalis licet indignus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55680)

Nos Magister Fr. Petrus Lanfranconius Ordinis Eremit. S. Augustini Vicarius Generalis licet indignus.

Elaboratum ac per R.P. AUGUSTINUM PAOLETTUM Montis Ilcini sacrae Theologiae Magistrum elucubratum opus, cui extat titulus (Santuario) per nostros Examinatores deputatos maturè discussum & perpensum, eorum nobis ita suadente relatione ut ad Concionatorum levamen, ad posterorum utilitatem, ad Dei Sanctorumque laudem typis mandetur dignum adjudicantes facultatem necessariam, quoad nos spectat benignè concedimus, ac in Domino elargimur. Datum Romae die 4. Januarii 1659.

*Fr. Petrus Lanfranconius Anconitanus
Vicarius Generalis.*

Plae, doctae, & eruditae Conciones Sanctorum per annum occurrentium R.P. Magistri Augustini Paoletti Ord. Eremit. S. Augustini, ex commissione Reverendiss. P. Magistri Petri Lanfranconii Anconitani Procuratoris Generalis, & Vicarii ejusdem Ord. diligenter fuerunt perlectae atque adeo sacratum Literarum. SS. Patrum, Historiarum, & orthodoxa eruditione plenè repertae ut piis Lectoribus, & verbi divini declamatoribus, non tantùm utiles, verùm etiam necessariae fuerint judicatae à me.

Fr. Ioanne Paulo Stuppa Magistro Augustiniano.

DE mandato Reverendiss. P. Magistri Petri Lanfranconii Aconit. nostrae Augustinianae Religionis Vicarii & Procuratoris Generalis; nec non Reverendiss. P. Magistri Francassini Inquisitoris Generalis Venetiarum, Opus, cui titulus (Santuario) elaboratum à P. Magistro Augustino Paoletto Ilcineni, diligenter & accuratè perlegi. Et cum in eo non solum nihil fidei orthodoxae, nec morum integritati dissonum repererim; verùm plurima ejusdem authoris doctrinam attestantia, junctisque sacris & eruditis Lectoribus profutura cognoverim, dignum & peregrinum opus, quod in lucem edi possit, censeo

Ego Magister Fr. Antonius Gagliardus Bergomensis Regens in Conventu D. Stephani, & revisor librorum pro Reverendiss. Patre Inquisitore Generali Venetiarum.